

» cati XX auri ut teneantur Deum rogare pro anima nostra. Item dimittimus eisdem do-
 » minabus crucem nostram et capitelum petre nigre et albe cum cappa laborata argento
 » et reliquiis que sunt intus (1) et duo candelabra de his que sunt in domo. Item volu-
 » mus quod celebrentur misse mille per fratres quinque regularis paupertatis videlicet
 » ducentos pro regula pro quibus dentur libre centum parvorum videlicet soldi jj pro
 » missa. Item dimittimus plebano et presbiteris S. Marie Jubanico ducatum i. auri omni
 » anno pro faciendo anniversarium genitorum nostrorum (2). Item dimittimus Marcoline
 » quam maritavimus omni anno in vita sua ducatos XX, et post ejus obitum remaneant
 » in Commissariam nostram. Item dimittimus Magdalenam Tarlaram servam nostram li-
 » beram et francham ab omni vinculo servitutis et quod habeat omnes suos pannos et
 » raubam quam sibi mutuavit domina ducissa cum argento vario sindone et fulcimentis
 » omnibus, et ultra hoc habeat duc. XXX auri et lectum super quo dormit balotinus
 » noster cum cultra et pario j linteaminum (3). Item dimittimus domine Beriole sotie
 » domine ducisse duc. X. auri ultra suum salarium si exlitterit in domo tempore obitus
 » nostri (4). Item dimittimus domine Bone que nobiscum moratur ducatos V. auri. Item
 » volumus quod omnes domicelle que reperientur in domo habeant suas raubas, preter
 » argentum quod omni modo devenire volumus in Commissariam nostram, excepta Mag-
 » dalena que habere debeat ut supra dictum est. Item dimittimus omnibus domicellis ma-
 » sculis de domo qui reperientur ad obitum nostrum, et similiter sociis nostris ac notario
 » omne illud quod nobis dare tenerentur. Verum volumus quod Stephanus socius noster (5)
 » habeat ducatos XL. auri ultra id quod nobis dare teneretur, et similiter Nicolaus et
 » Johannes camerarii nostri habeant ducatos X auri pro quolibet. Item dimittimus Petro
 » balotino omnes suos pannos quos reperiet se habere ad obitum nostrum et ducatos L
 » auri. Item dimittimus Michaeli de Antonio capitaneo ad presens carcerum duc. LXXX
 » auri. Item dimittimus Michaeli filio Simonis murarii et Magdalene ducatos C. impre-
 » stitorum cum conditione quod pater ejus exigat de prode eorum pro benefaciendo puero
 » et cum dictus Michaelus pervenerit ad etatem annorum XX habeat dictum legatum
 » libere; in casu vero quo decederet ante dictam etatem revertatur in Commissariam
 » nostram. Item dimittimus Marine filie dicti Simonis ducatos X. auri pro suo maritare
 » vel monachare. Item dimittimus ecclesie Sancte Marine duo candelabra damascina (6)
 » de his que sunt in domo ut videbitur Commissariis nostris. Item dimittimus Peregrine,
 » Magdalene, Olioze (7), et Franciscine filiabus Marie Scolare (8) ducatos X auri pro
 » qualibet eorum pro suo maritare vel monachare. Item dimittimus suprascripto cancel-
 » lario nostro notario hujus testamenti (9) ducatos XII. auri pro anima nostra in pre-
 » sentia testium infrascriptorum. Item dimittimus Capellanis S. Marci omni anno duca-
 » tum j auri pro faciendo anniversarium nostrum. Item dimittimus Catarine filie magistri
 » Silvestri barbitonsoris Sancte Fusce ducatos X auri pro suo maritare. Item dimittimus
 » Johane filie Andree Rizo et Bilie ducatos X. auri pro suo maritare vel monachare. Item
 » volumus quod quotiescumque cohoperiretur de novo ecclesia Sancte Marine dentur de

(1) *Capitelum*, altario, reliquiario che sembra essere stato ricco.

(2) Da ciò e da quel che segue si deduce che i genitori dello Steno abitavano, o avevano certamente possessioni nella Contrada di Santa Maria del Giglio detta S. Maria Zobenigo. L'avo però e altri più antichi erano da San Geremia, come nota il Barbaro.

(3) De' servi liberi e schiavi in Venezia parlò eruditamente anche il fu Giovanni dottore Rossi nelle sue inedite Memorie intorno alle leggi e a' costumi de' Veneziani, e ne disse alcun che il distinto amico mio Cav. Mutinelli a p. 360 del suo *Lessico Veneto* (Venezia. 1852. 8.) Anche quanto al *Balotino* del Doge disse il Mutinelli a p. 45 del detto Volume.

(4) Di questa *Beriola* abbiamo fatto menzione di sopra. Essa era figliuola naturale di Giovanni Steno padre del Doge Michele.

(5) *Stefano* è quegli ricordato di sopra, benevolo di casa.

(6) *Damascina* - lavorati a Damasco, o anche in Venezia ad uso Orientale.

(7) Così *Olioze* - forse *Elixè*, *Alixè*, *Elixà* ec.

(8) *Scolare* è con un abbreviatura sopra *are*.

(9) Cioè *Basilio Darvasio*.